CONCIL.

Pſallite DOMINO in cithara:
in cithara & voce pſalmi:
in tubis ductilibus & voce tubæ corneæ.
Iubilate in conſpectu regis DOMINI:
moueatur mare et plenitudo eius:
orbis terrarũ et qui habitant in eo.
Flumina plaudent manu
ſimul montes exultabunt a cõſpectu DOMINI
quoniã venit iudicare terram.
Iudicabit orbẽ terrarũ in iuſtitia:
& populos in æquitate.

VET.

Pſallite deo noſtro in cithara: 7
in cithara & voce pſalmi:
in tubis ductilibus & voce tubæ corneæ.
Iubilate in conſpectu regis dñi: 8
cõmoueatur mare & plenitudo eius:
orbis terræ & oẽs inhabitãtes in ea.
Flumina plaudent manibus 9
in idipſũ montes exultabunt a facie domini:
quoniã veniet iudicare terram.
Iudicabit orbem terræ in iuſtitia: 10
& populos in æquitate.

ARGVMENTVM. Pſalmus/excitatio gentiũ ꝙ Chriſtus dñs deus noſter qui ſedet ſuper Cherubim acceperit ad eas moderãdas regnũ/ꝙ in eccleſia regeneratorũ Chriſtus dñs magnus eſt & excelſus ad directionẽ omniũ populorum/ꝙ eius adoret humanitas quæ eſt diuinitatis eius reclinatoriũ & agnus ꝓ nobis imolatus/quales ſacerdotes Chriſti eſſe debeant cuſtodiẽtes mandata eius/nichil innouãtes/ſancti/puri et immaculati/inuocantes et exaltantes eum qui eſt ſanctus ſanctorum. ¶ Conciliatus verſu primo & quinto.

¶ Pſalmus. LXXXXVIII.

DOMINVS regnauit cõmoueãtur populi:
qui ſedet ſup cherubim moueatur terra.
DOMINVS in ſion magnus et excelſus:
ſuper omnes populos.
Cõfiteãt noĩ tuo magno qm̃ terribile & ſãctũ eſt:
& honor regis iudiciũ diligit.
Tu paraſti directiones:
iudiciũ & iuſtitiã in Iaacob tu feciſti.
Elohe. Exaltate DOMINVM DEVM noſtrũ:
& adorate ſcabellũ pedũ eius: qm̃ ſanctus eſt.
Moſes & Aharon in ſacerdotibus eius:
& Samuel inter eos qui inuocãt nomẽ eius:
Inuocabant DÑM et ipſe exaudiebat eos:
& in columna nubis loquebatur ad eos.
Cuſtodiebant teſtimonia eius:
& præceptum quod dedit illis.
Elohe. DOMINE DEVS noſter tu exaudiebas eos:
El. DEVS tu propicius fuiſti eis:
& vlciſcens in omnes adinuentiones eorum.
Elohe. Exaltate DOMINVM DEVM noſtrũ
et adorate in monte ſancto eius:
Elohe. qm̃ ſanctus DOMINVS DEVS noſter.

¶ Pſalmus. LXXXXVIII.

Dominus regnauit iraſcant populi: 1
qui ſedes ſuper cherubĩ cõmoueat terra.
Dñs in ſion magnus et excelſus eſt: 2
ſuper omnes populos.
Cõfiteãt noĩ tuo magno qm̃ terribile et ſãctũ eſt: 3
et honor regis iudiciũ diligit.
Tu paraſti æquitatem: 4
iuſtitiã et iudiciũ in iacob tu feciſti.
Exaltate dominum deum noſtrum 5
et adorate ſcabellũ pedũ eius: qm̃ ſanctũ eſt.
Moyſes et aaron in ſacerdotibus eius: 6
et ſamuel in iis qui inuocãt nomẽ eius.
Inuocabant dñm et ipſe exaudiebat eos: 7
& in columna nubis loquebatur ad eos.
Cuſtodiebant teſtimonia eius: 8
et precepta eius quæ dedit eis.
Dñe deus noſter tu exaudiſti eos: 9
deus tu propicius fuiſti illis:
& vindicans in oẽs affectiones eorum.
Exaltate dominũ deũ noſtrum 10
& adorate in monte ſancto eius:
quoniã ſanctus dominus deus noſter.

ARGVMENTVM. Pſalmus/cõfeſſio beneficiorũ dei & inuitatio ad iubilationẽ/lætitiã & laudem eius

¶ Conciliatus verſu primo/tertio et quinto.

¶ Pſalmus Thodah. LXXXXVIIII.

Iubilate DOMINO omnis terra:
ſeruite DOMINO in lætitia.
Introite in conſpectu eius:
in exultatione.
Elohim Scitote quoniam DOMINVS ipſe eſt DEVS:
ipſe fecit nos & ipſius ſumus.
Populus eius et oues paſcuæ eius
introite portas eius in confeſſione:
atria eius in hymnis/confitemini illi.
Laudate nomen eius quoniam ſuauis eſt DÑS
in æternum miſericordia eius:
et vſq; in generationem et generationem
veritas eius.

¶ Pſalmus LXXXXVIIII.

Iubilate deo omnis terra: 1
ſeruite domino in iocunditate.
Intrate in conſpectu eius: 2
in exultatione.
Scitote quoniã dominus ipſe eſt deus: 3
ipſe fecit nos et non ipſi nos.
Nos autẽ populus eius et oues paſcuæ eius 4
intrate portas eius in confeſſione
in atria eius in hymnis cõfeſſionũ cõfitemini ei.
Laudate nomẽ eius quoniã ſuauis eſt dñs: 5
in æternum miſericordia eius:
et vſq; in generationem et generationem
veritas eius.